



gna. vnde & hic subditur. {Et mul. sedu.} A tempore autem domini  
F  
næ passionis in populo Iudæorum qui latronem seditiosum ele-  
gerunt, & Christum saluatorem abiecerunt, nec hostium, nec fede-  
tiones ciuiū cessauerunt. vnde sequitur. {Cum au. autem bella, &  
opi. bel. ne ti.} Sed his aduentantibus, Apostoli ne terreatur, ne

Hierusalē, Iudeamq; deserant: admonētūr, quia videlicet nō statim finis, quin potius in quadragesimā differendum sit annum. Et hoc est quod subditur: { Oportet enim hæc fieri, sed nondum finis, p̄dest desolatio p̄ uinciae, ultimumque urbis, ac templi excidiū. Sequitur: { Exurget autem gens con- illis: Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes quia sum: & multos seducent. Cum audieritis autem bella & opiniones bellorū, ne timueritis. Oportet enim hæc fieri, sed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnum, & erūt terminos per loca & famas, initium dolorum hæc.

c Videte autem vos met ipsos, tradent enim vos in conciliis, & in Synagogis vapulabitis, & ante Praefides, & Reges stabitis propter me, in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet praedicari euangelium. Et cum duxerint vos trandentes, nolite pre cogitare quid loquamini, sed quod datum fuerit vobis in illa

quidem eorum spo-  
lia, non fuisset tamen destrutio Hierusalem. sed q̄ Deus contra  
Iudeos praliaretur, ostenditur per id quod subditur: { Et erunt  
terremotus per loca, & fames. } B E D A. Constat autem hoc té-  
pore Iudaicas editionis ad literam contigisse. Potest vero regnū  
super regnum, & pestilentię eorum, quorum sermo serpit, ut can-  
cer, & fames audiendi verbum Dei, & commotio vniuersitatis terre,  
& a vera fide separatio in hæreticis magis intelligi, qui contra se-  
inuicem dimicantes, ecclesias victoriam faciunt.

¶ B E D A. Quo merito Hierosolymis, ac prouinciae Iudeo-

rum vniuersæ irroganda tot fuerunt aduersa, dominus manifestat  
cum dicit: {Videte autem vosmetipos. Trident enim vos in con-  
ciliis, & in Synag. vpu.} Ea quippe Iudaicæ genti maxima causa  
erat excidi, q post occisionem Saluatoris, nominis quoque ac fi-  
dei eius præcones impia crudelitate vexabant. T H E O. Conue-  
nienter autem præposuit narrationem de his quæ circa Aposto-  
los erant, vt in propriis tribulationibus aliqualem consolatio-  
nem haberent ex communib[us] tribulationibus, & passionibus. Se-  
quitur enim: {Et ante re. & præsta propter me, in testi illis. Reges  
enim, & Præfides dicit, sicut Agrippam, Neronem, & Herodem.  
Quod autem dicit: Ante Re. & Præsta pro me non modicum eis  
consolationem dedit, quia s. propter eum erant passuri. Quod au-  
tem dicit. In testimoniis illis sic intelligitur idest in preindicū I

etiam dicit. Id testimonium illis, ne interfingitur, id est in prædicta  
eorum ut s. essent inexcusabiles &c. s. A postolis laborantibus illi nō

potuerunt veritati coniugii. Deinde ut crederent, q̄ propter tribulationes, & pericula prædicatio impeditetur subdit: {Et in om. gen. primum oportet prædicare euān. A V G, de Concor. euāng. Matthæus addit: Et tunc veniet consummatio. Sed hoc qđ Marc⁹ ait: Primum, signat v̄tique antequā veniat cōsummatio. B E D A. Hoc ita fuisse completum ecclesiastice testantur historiae, in quibus resertur, q̄ Apostoli omnes multo ante excidium Iudeæ prouincia ad prædicandum euāngelium toto orbe fuerūt dispersi, excepto Iacobo Zebedæi, & Iacobo fratre domini, qui in Iudeæ pro verbo domini prius sanguinem fuderat. Quoniam ergo nouerat dominus corda discipulorum de excidio, ac perditione sua gestis esse contristanda, hoc eos solatio alleuat, vt nossent sibi etiam Iudeis abiectis socios non deesse gaudii, regnique cœlestis: immo multoplures, quām de Iudea perirent ex omnibus toto orbe hominibus esse colligendos. G L O. Poterat etiam alia sollicitudo in discipulorum cordibus oriri, quia enim audierant, q̄ ante Reges, & Praefides essent ducenti, ne dubitaret, q̄ ex defecū proprie scientiæ, ac facundiæ ad respondentum insufficienes essent, dñs eos consolatur cum subdit: {Et cum dux. vos tra. no. præco. quid loqua. sed quod da. fu. vo. in illa ho. id loquamini.} B E D A. Cum enim propter Christum ducimur ad iudices, voluntatem tantum nostram pro Christo debemus offerre. Ceterum ipse Christus quantum in nobis habitat loquitur, & spiritus sancti in respondendo gratia dabitur. unde sequitur: {Non enim vos estis lo. sed spiritus sanctus. T H E O. Prædictit etiam eis quod erat grauius, quđ scilicet a propinquis persecutione patientur. unde sequitur: {Tra

det autem frater fra.in mor.& pater fi.& consur.fi.in parentes,&  
mor.affici.eos.} B E D A: Hoc in persecutionibus fieri crebro vi  
dimus,nec illius est inter eos fidus affectus, quorum diuersa fides  
est. T H E O. Hoc autem dicit,vt auditio hoc,præparent se vt per  
secutiones & mala patientius sustinerent. Deinde consolationem

hora, id loquamini. Non enim vos estis loquentes, sed spiritus-sanctus. Tradet autem frater fraterem in mortem, & pater filium, & consurgent filii in parentes, & morte afficiet eos. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem sustinebit in finem, hic saluus erit. inducit dicēs. { Et eritis odio omnibus propter nomen meum. } Q.n. habeamur odio propter Christū, causa est sufficiens patienter pſecutiones sustinendi: nō. n. martyris facit poena, sed cā, sed in hoc etiam quod se quitur. { Qui autem sustinet in fin. hic saluus

d. Cum autem videritis abominationem desolationis stantem vbi non debet, qui legit intelligat, tūc qui in Iudea sunt fugiāt in montes, & qui super tectum nō descendat in domum, nec introeat, vt tollat quid de domo sua, & qui in agro erit, non reueratur retro tollere vestimentum suum. Vēh autem prægnantib⁹, & nutrientibus in illis diebus. Orate ergo, vt hyeme non fiant. erit. } & non modica consolatio esse videſ inter persecutions. d. ¶ GLO. Præmissis his quæ ante ex cidiū ciuitatis erāt futura, nunc dominus prædictis ea, quæ circa ipsam ciuitatis deſtructiōne continerunt, dicens. } Cum autem vide. abomi. de fo. stantem vbi nō debet, qui legit intelligat. A V G. de Con. Lib.

euang. Matthäus di-

cit: Stantem in loco sancto . in hac autem mutatione verbi Marcus exposuit eandem sententiam. Ideo quippe dixit. Vbi non debet, quia in loco sancto non debet. B E D A : Quando autem ad intelligentiam prouocamur, mysticu monstratur esse quod dicimus et. Poteft autem simpliciter aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo, aut de Adriani equestris statua que in ipso sanctosanctorum loco multo tēpore stetit. Abominatione quoque secundum veterem scripturam idolum nuncupatur, & iccirco addidit: {Desolationis,} q̄ in desolato templo, atque deserto idolum positum sit. T H E O. Vel abominationem desolationis dicit ingressum hostium in ciuitatem p violentiam. A V G. ad Eschium: Lucas vero, vt ostenderet tunc factam fuisse abominationem desolationis, quando expugnata est Hierusalem, hoc eodem loco domini verba commemorat. Cum videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius. Sequitur. {Tunc qui in Iudea sunt, fu. in montes. B E D A. Hæc iuxta literam facta esse constat, cum appropinquare Romano bello, & exterminio Iudaica gentis oraculo admoniti omnes qui erant in ponuincia Christiani, longissime discesserūt, vt Ecclesiastica narrat historia, & trans Iordanem secedentes, manebant ad tempus in ciuitate Pella, sub tutela Agrippæ Regis Iudorum cuius in aſſibus Apostolorum mentio est: qui

Regis Iudæorum, cuius in actibus Apocryphorum mentio est, qui cum ea quam sibi obtemperare volebat parte Iudæorū semper im-

qui ea quæ nisi contempneret totam partem Iudeam, tempore  
periodo Romanorum subditus agebat. T H E O. Bene autem dixit  
Qui in Iudea sunt, quia Apostoli in Iudea adhuc non erant, sed  
ante prælium fugati sunt a Hierusalem. G L O. Vel magis ipsi ex-  
ierunt, spiritu ducti diuino. Sequitur. {Et qui super tectum, non  
descen. in do. nec intro. vt tol. quid de do. sua.} Dehenderabile. n. erit  
etiam nudo corpore de tanta tribulatione saluari. Sequit: {Vek  
autem preg. & nut. in illis diebus.} B E D A : Quarum. s. vteri,  
vel manus filiorum sarcina pergrauata, fuge necessitatem non mi-  
nime impudent. T H E O. Mihi autem videtur, q[uod] filiorum elum  
in his ostendat, nam fame, & pestilentia afflicti manus filii iniece-  
runt. B E D A : Postquam autem fecerat mentionem de duplice  
impedimento fugæ, quod. i. posset esse vel ex cupiditate rerū aspor-  
tandarum, vel ex deportatione natorum, tangit tertium impedi-  
mentum, quod. s. est ex parte temporis dicens: {Orate ergo, ut hys  
me non fiant.} T H E O. Ne. s. ex difficultate temporis impedian-  
tur qui fugere cupiunt. Causam autem tantæ necessitatis ad effu-  
giendum conuenienter assignat, cum dicit. {Erunt enim in diebus  
illis tribula.ta. qua. non fue. ab initio crea. quam condi. Deus vsq;  
nunc, nec fient. A V G. ad Eschium: Iosephus enim qui Iudaicas  
scripti historias, talia mala dicit illi populo tunc accidisse, vt vix  
credibilis videantur. vnde non immerito dictum est talem tri-  
bulationem, nec fuisse a creature initio, nec futuram. Sed et si tempo-  
re Antichristi talis, aut maior forsitan erit, intelligendum est de il-  
lo populo dictum, q[uod] eis talis amplius futura non erit. Si enim An-  
tichristum illi primi & præcipui recepturi sunt, facturus est tunc  
idem populus tribulatione potius quam passurus. B E D A . Hoc

autem solum est in tantis malis refugium, ut Deus qui dat virtutē  
patiendi, breuiet potentiam persequendi. vnde sequitur. { Et nisi  
breui. do. di. } T H E O. Idest, nisi in breui spacio bellum Roma-  
norum fuisset, non fuisset sal. omnis caro, idest nullus euasisset Iudeæ,  
sed propter electos quos elegit, idest propter Iudeos credentes,  
aut in posterū credi-  
turos, breuiauit dies,  
idest cito bellum est  
terminatum. nam p-  
sciebat Deus, q̄ multi post desolationem  
civitatis crederet Iudeorū: huius gratia  
eorum genus ex toto  
destrui non permisit;  
A V G. ad Esichium:

**E**t tunc si quis vobis dixerit: B  
Ecce hic est Christus, ecce illic,  
ne credideritis. Exurgent enim  
pseudochristi, & pseudopro-  
phetæ, & dabunt signa, & prodi-  
gia ad seducendos, si fieri potest

ipsi mali sunt, sed ea que sunt in eis. Ipsa ergo dicta sunt breuiari, ut Deo donante tolerantiam minus sentirent, ac sic quae magna essent, brevia fierent. B E D A: Vel aliter. Haec quæ dicit ab illo loco. Erunt dies tribulationis temporibus Antichristi propriæ congruunt, quando non solum tormenta crebriora, & acerbiora, quam prius consueverat ingerenda sunt fidelibus, sed quod grauius est, signorum quoque operatio eos qui tormenta ingerunt, comitabitur. Haec autem tribulatio quanto ceteris, quæ præcessere præssuraru pondere grauior fuit, tanto est tuis breuitate moderatior futura. Namque tribus annis & dimidio, quanti de prophetia Danielis, & Apocalypsi Ioaonis coniici potest, ecclesia per orbem impugnanda esse credidit. Iuxta vero sensus spirituales, cum viderimus abominationem de solationis stare ubi non debet, hoc est, haereses & flagitia regnare inter eos, qui celestibus mysteriis videbantur esse consecrati, tunc quicumque in Iudea, hoc est in confessione vera fidei persistimus, tanto altius virtutum culmen debemus ascendere, quanto plures ampla vitiorum itinera sequi videmus. H I E R O. Fuga enim in montes est, ut non descendat ad ima, qui ascendit ad alta. B E D A: Tunc qui super teatrum est, hoc est, qui excedens animo carnalia facta tamquam in aura libera spiritualiter vivit, ne descendat ad infimos actus pristine conuersationis, neque ea quæ reliquerit mundi carnis uite desideria repeatat. Domus namque nostra vel mundus hic, vel ipsa in qua degimus, nostra intelligenda est caro. H I E R. Dicit enim, Orate, ut hyeme non fiat fuga vestra vel sabbato. i. ne finiantur fructus nostri operis cum fine tuis, hyeme enim finitur fructus, sabbato vero tuis. B E D A: Si autem de consummatione mundi intellegas hanc præcipi, ut non refrigerescat fides nostra & in Christum charitas, neque ut ocosi in opere Dei torpeamus virtutum sabbathio. T H E O. Oportet et nos a peccato fugere cum feroore, & non frigide, & quiete. H I E R. Tribulatio autem erit ingens & dies breves propter electos, ne malicia huius tuis mutet intellectum eorum. T H E O. Postquam ea quæ ad Hierusalem pertinebant dominus compleuit, nunc de aduentu loquitur Antichristi dicens: {Et tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis.} Hoc autem quod dicit Tunc, non sic intelligas, id est statim cum completa fuerint supradicta circa Hierusalem, sicut & Matthæus post Christi generationem dicit: In diebus illis venit Ioannes, numquid immediate post Christi nativitatem? non, sed indeterminate vel indistincte, sic & in hoc loco. Tunc, accipi potest, non scilicet, quando Hierusalem desolabitur, sed circa tempus aduentus Antichristi. Sequitur: {Exurgent enim pseudo Christi, & pseudoprophetae, & dabunt signa & prodigia ad seducedos fieri potest etiam electos.} Multi enim Christi nomen suscipient, ita etiam ut fideles seducant. A V G. xx. de Ciui. Dei: Soluetur enim tunc Sathanas, & per Antichristum in omni virtute sua misericorditer quidem, sed medaciter operabitur. Solet autem ambigi, utrum propterea dicta sint ab Apostolo signa & prodigia mendacij, quoniam mortales sensus perphantasmata decepturus est, ut quod non facit, facere videat, an quia illa ipsa est si erunt vera prodigia, ad mendaciam pertrahent credituros, non ea potuisse nisi diuinatus fieri: virtutem diaboli nescientes, maxime quando tantam quantumnumquam habuit accepere potestatem, sed propter quod liber horum dictum sit, seducentur eis signis atque prodigiis, qui seduci merebuntur. G R E G. super Ezech. Cur autem sub dubitatione dicitur. Si fieri potest, cum quid futurum sit a domino praesciat? Vnum vero ex duobus est, quia si electi sunt, fieri non potest, si autem fieri, non potest, electi non sunt. Ista ergo dñici sermo

A nisi dubitatio in electis exprimit trepidationem mentis, quos & electos nominat, quia cernit, quod in fide & bono opere persistent, quia electi sunt ad persistendum, per signa prædictorū Antichristi tentabuntur ad cadendum. B E D A: Quidam autem hoc ad captiuitatis Iudaicæ tempus referunt, ubi multi Christos esse di-

etiam electos . Vos ergo videte .  
Ecce prædixi vobis omnia . Sed  
in illis diebus post tribulationem  
illam , Sol contenebrabitur , & lu-  
na non dabit splendorem suum .  
Et stellæ cœli erunt incidentes ,  
& virtutes quæ in cœlis sunt mo-  
uebuntur . Et tunc videbunt filium  
hominis venientem in nubibus  
cum virtute multa , & gloria . Et  
tunc mittet Angelos suos , & con-  
gregabit electos suos a quatuor  
ventis a summo terræ , usque ad  
summum cœli .

vi.ec.præ. vo. omnia.  
A V G. ad plebem  
Hippo. Non enim solum bona quæ sanctis, & fidelibus suis est redi-  
diturus, verum etiam mala quibus erat hic mundus abundatus,  
aut predixit, vt bona post facili finem secutura certiores expecta-  
remus, quando mala similiter prænuntiata ante sæculi finem præ-  
cedentia sentiremus. T H E O. Post Antichristi autem aduentum  
alterabimur, & mutabitur machina mundialis obscuratis sideribus,  
propter abundantiam claritatis Christi, vnde sequitur. { Sed in  
diebus illis post tribulationem illam Sol conte. & lu. nō da splen-  
su. & stel. ce. erunt deci. B E D A. Sidera enim in die iudicii vide-  
buntur obscura, non diminutione sue lucis accidente, sed super-  
ueniente claritate veri luminis, hoc est summi iudicis, quāmuis nil  
prohibeat intelligi veraciter solem tunc & lunam cum sideribus  
cæteris ad tempus sui lumine priuari, quomodo de sole factum  
constat tempore dominice passionis. Cæterum pacto die iudicii,  
cum fuerit cœlum nouum, & terra noua, tunc fieri quod Es. dicit.  
Erit lux luna sicut lux solis, & lux solis septempliciter. Sequitur.  
{ Et vir. quæ sunt in celo mouebuntur. T H E O. Idest virtutes  
Angelice stupebunt tanta magnalia videntes fieri, & eorum iudi-  
cari conseruos. B E D A. Quid mirum homines ad hoc iudicium  
perturbari, cuius aspectum & ipse Angelica tremunt potestates?  
Quid faciunt ibi tabulae, quando tremunt columnæ? Quid virgula  
deserti patitur, cum cedrus paradisi concutitur? H I E R O.  
vel aliter, Sol obtenebrabitur ad gelida corda, vt hyeme. Et luna  
non dabit splendorem suum, serena a tempestate dissensionum.  
Et stellæ cœli erunt incidentes in lumine, quando pene deerit  
semen Abrahæ, cui sunt similitæ. Et virtutes quæ sunt in cœlis  
mouebuntur ad iram vindictæ, quando mittentur a filio hominis  
veniente, de cuius aduentu subditur: { tunc vi. f. ho. ve. in nu. cū  
virtu. mag. & gloria. } qui si prius sicut pluia in vellus Gedeon  
descendit cum humilitate. A V G. ad Esichium. Quia enim di-  
ctum est Apostolis ab Angelis: Sic veniet quomodo vidissis eum  
euntem in cœlum. merito credendus est non solum in eodem cor-  
pore: verum etiam in nube venturus, quoniam sic veniet sicut abiit,  
& nubes suscepit eum abeuntem. T H E O. Videbunt autem do-  
minus tamquam filium hominis, in corpore, quod enim: videbunt  
corpus est. A V G. i. de Trini. Visio quippe filii hominis exhibet  
etiam malis, nam visio formæ Dei non nisi mundis corde, quia ipsi  
Deum videbunt. Et quia filium Dei secundum id quod in forma  
Dei æqualis est patri, iniqui videre nō possunt, oportet autem vt  
iudicem viuorum & mortuorum coram quo iudicabuntur & iu-  
sti videant & iniqui, ideo oportebat vt filius hominis acciperet iu-  
diciariam potestatem, de cuius executione mox subditur: { Et tunc  
mittet angelos suos. T H E O. Vide q̄ Christus Iesus mittit An-  
gelos sicut & pater. Vbi ergo sunt qui dicunt, q̄ patri nō est æqua-  
lis? Ereditentur namque Angeli congregare fideles electos, vt in  
aera rapti obvient Iesu Christo, vnde sequitur: { Et congre. elec.  
suos a quatuor ventis. H I E R O. Ut triticū ventilatum de area  
totius terræ. B E D A. A quatuor autem ventis a quatuor mun-  
di partibus dicit, oriente, occidente, aquilone, & austro. Et ne quis  
quam putaret a quatuor sollemodo plagis terræ, & non potius a  
cunctis eius finibus simul & mediterraneis regionibus electos esse  
congregandos, apte subiunxit: { A summo terræ vsque ad summum  
cæli. } idest ab extremis terræ finibus vsque ad ultimos terminos  
eius, ybi longe aspectantibus circulus cæli terra finibus insidere  
videtur. Nullus ergo in die illa remanebit electus, qui nō venient  
ad iudicium dñi in aera occurrat. Veniunt ad iudicium & repro-  
bi, vt peracto iudicio dissipentur & pereant a facie Dei.  
B E D A.